

ad transitum medium, Reliquorum singuli tanto plus, quam qui ad transitum medium, quo perigeo sunt propiores.

Superior pars huius operis ab autore Erasmo Reinhold in hac editione emendata, & magna ex parte de nouo scripta est, vt fuit in eo mirifica diligentia, & sæpe recitabat hoc ipsum, *δύτρεται ποσίδες οσφάτρεται*. Edita autem hac noua parte operis, mors Erasmi abruptit inchoatam emendationem, vt & alias multas lucubrationes, quæ si perfici potuissent, multum profuturæ erant posteritati. Inchoauerat Erasmus sequentium annorum Ephemeridas, Tabulas Eclipsium, explicationem demonstrationum Copernici, & alia quædam utilia monumenta, quæ si vitæ spacium aliquanto longius eius contigisset, absolvere decreuerat. Eo magis autem deploranda est mors eius, quia pauci Mathematicum studia colunt, & multo pauciores adiuuant discentes. Ac nisi diuinitus in aliquibus ingenijs cura accendatur & discendi & conseruandi has artes, aliquanto post etiam anni spatia ignota erunt. Ahortandi sunt autem & sapientes Gubernatores & Scholastici harum artium amantes, vt & ipsi propter gloriam Dei ac propter communem utilitatem Ecclesiæ his studijs opem ferant.

Vt autem in manibus discientium sit hic Liberulus Theoricarum illustratus ab Erasmo, post eius mortem edita est pars sequens, sumpta ex priore eius editione. Etsi enim autor si pertexuisset emendationem, quasdam materias magis illustrasset, tamen hæc prima editio etiam prodest discantibus. Curauit autem Caspar Peucerus, vt hæc postrema pars incorrupta ederetur.

Anno 1553.

H

DE